

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas ah
cum uariis

Certe detegit omne uicium ebrietas et incendit. Vbi possedit animum nimia uis uini, quicquid mali latebat, emergit; non facit ebrietas uicia sed protrahit. Tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat; tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas seuo, malignitas liuido; omne uicium taxatur et prodit.

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ebrietas ah] Ebrietas ak P V¹ V² L¹ L²; mali] male B M P V¹ V² L¹ L²; latebat] detegit uel *add.* P V¹ V² L¹ L²; taxatur] crassatur P V¹, grassatur V² L¹ L²; Seneca *om.* P V¹ V² L¹ L²